

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De appellationibus & consulta. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

¶ Consultorem. An ille qui tenetur requirere consilium alterius tenet illud sequi. vide per Bar. in l. j. §. nō plures. ff. de ex. & Bal. in rub. C. eo. & tex. & ibi Abb. in c. j. de cap. mo. & tex. in c. cum in veteri. & ibi Anto. de Butri. & Abb. de ele. Anto. de Bu. in c. cum olim. in h. col. de arbi. lo. An. in regula nulli ex cō filio de regu. iur. lib. vi. in mer. Arch. in c. obediētibz. lxxij. dist.

si ratum habes nocet tibi. ut non possis rem vendicare. sed prodest ut possis petere pretium vel ab emptore vel à me. quia per rationem non est effectum negotium tuum gestum nomine meo. quod dicitur in l. si pupilli. §. sed si ego. in glo. super verbo agitur. de nego. gestis. Et adde quod ubi non nocet sententia. nec etiam acta: ut in l. Inno. in c. veniens. in glo. super verbo minus videtur quod cui nocet sententia non nocet acta. Item si ille contra quem lata est sententia succedat alteri contra quem non est lata. an possit agere vel excipere ex persona illius. vide tex. cum glo. ff. de excep. l. Modestinus.

De relationibus.

Rubrica.

¶ Quia interdum iudices postquam de causa cognoverunt. incipiunt dubitare quam vel qualem sententiam dare debeant. & propter hoc deliberant consulere principem. vel alium superiorem: quare consultatio dicitur relatio. quia referunt & mittunt acta & etiam punctum formatum. ut consulat de iure qualis sententia danda sit: ideo subiicitur iste titulus. Aliquando autem non referunt principi. vel alteri superiori. sed mittunt ad consilium sapientis. quo casu quasi per omnia servatur idem stylus: ideo Specu. ponit titulum de relatio. & titulum de consul. requisi. Sed interdum remittunt ad superiorem. ut ipse superior det sententiam: vel quia ipsi iudices qui remittunt ipsam dare non possunt: quia eis facta fuit commissio ut audirent. vel referrent. vel ex alia causa: ideo idem Specu. ponit tertium titulum de remis. qui differt ab isto. quia hic petitur consilium secundum quod ipsemet laturus est sententiam: ibi vero remittunt ut per superiorem feratur. & de materia relationis vide quod notum in l. ij. §. de lega. & plenè in Specu. eo. titu.

- ¶** Si causa fuit commissio consilio sapientis. & antequam veniat consilium iudex pronunciet. an valeat sententia?
- ¶** Quando iudex deliberavit referre ad superiorem pro consilio habendo. quod debet mittere causam plenè instructam in facto. An altera partium possit coram consultore producere instrumenta vel testes. quæ vel quos non produxisset coram iudice?
- ¶** Si partes discordant in puncto formando. debet iudex formare punctum. & dare eis terminum ad impugnandum. Quod tunc si quis expresse non contradicat. videatur consentire. Quia si iudex aliquid facit quod non placet alteri parti. vel potest preiudicare. & illa pars contradicat expresse.

LEX

I.

¶ Iquis. Ista lex est singularis. & ponit aliquam quæ sunt servanda per iudicem cum de liberauit referre ad superiorem pro consilio habendo: quæ sunt etiam servanda quando iudices de liberauerunt mittere ad consilium sapientis. Et primo quod ipse supersedeat quousque habeat responsum à superiore. & sic pendente relatione vel consilij requisitione iudicis officium debet conquirere super illo super quo consuluit superiorem: quousque habeat responsum à superiore. ut patet. j. l. prox. ibi. nisi ediderint. Secundo quod si contrarium faciant. & dent sententiam. valet nihilominus sententia: & pars potest appellare: nec debet terri propter relationem iam factam. Et illud valde notum. Bar. licet videatur contrarium quod imò nihil valeat quod gestum est contra prohibitionem huius l. nam sicut appellatio ligat manus iudicis. ut in tit. nil no. ap. inter. ita & recusatio. vel relatio. ut extra de ap. c. intimasti. & eo. ti. c. legitima. li. vj. & ibi notum in no. & ista pars tenet hic Sal. & respondet ad illum tex. qui videtur probare contrarium. quod loquitur quando tulit sententiam antequam referat principi. postquam tamen deliberauerat referre. & dixerat partibus. Et ista notum. per quæ determinatur si causa fuit commissio consilio sapientis. & antequam veniat consilium iudex pronunciat. an valeat sententia? Bar. videtur sentire quod sic. Sal. contra dicit quod valet. si hoc non fecit in contemptum: sed ex iusta causa. quia peribat tempus instantiæ: & si pronunciat secundum formam & tenorem consilij ferendi dicendo. Pronuncio in omnibus & per omnia prout consulatur per talem consultorem cui causa consulenda est commissio. & postea veniat consilium his concurrentibus valet sententia. ita tenet Bal. in l. cum iudex. §. de sen. aliis vno deficiente illorum non valeret. Tertium quod iudex debet face-

re est: quia debet mittere causam plenè instructam in facto. ita quod superior solus habeat consulere de iurevisis actis & actitatibus: sic non debeat se impedire de his quæ consistunt in facto. & hoc notum. quia si altera pars coram consultore vellet producere instrumenta. vel testes. quæ vel quos non produxisset coram iudice. non debet consultor admittere. quia non est officium suum. sed consulere secundum scripturas transmissas per iudicem. Quartum. quia si partes sunt discordes in puncto formando. iudex debet formare punctum. & dare terminum ad impugnandum si quis vult opponere aliquid. & tunc ille qui non vult consentire in puncto. debet expresse contradicere: aliter videretur assentire. & hoc Bar. notum. ut semper quando iudex aliquid facit quod alteri parti non placet. vel potest preiudicare. quod illa pars statim contradicat: & faciat scribi parte præsentem: & contradicente: si tamen est actus à quo potest appellari: non dicitur consensisse quousque transeat tempus appellandi. Item dicit Bar. per hunc tex. quod si iudex in sententia dicat dato libello litis contestato de calumnia &c. & pars sit præsentem. & non contradicat. si transacto tempore appellandi vellet pars contradicere. & dicere sententiam non valere. quia lis non fuit contestata. quod illæ sententiæ probant contestationem. nisi appareat ex actis. non debet audiri: secus si non fuisset præsentem. de quo vide in l. sciendum. de ver. obli.

De appellationibus & consulta.

Rubrica.

- ¶** Quando sunt duo iudicia quæ habent inter se ordinem. ut possessionis & proprietatis si pervertatur ordinem processus reddatur nullus?

LEX

I.

¶ Rius. Quando pervertitur ordo unius causæ ad alteram. sententia tenet licet possit per appellationem rescindi. h. d. Bar. & hoc secundum lecturas glo. quæ sunt quatuor. Primæ dicitur loquuntur in interdicto retinendæ possessionis. Alteræ dicitur in interdicto recuperandæ. & secundum quilibet erant duo iudicia: vel ambo per eundem motum. vel unum per unam partem. aliorum per alteram: & modica est utilitas in istis exemplis quæ ponit glo. secundum quartam lectionem quæ ponitur per Petrum. & plus mihi placet quod non erat nisi unum iudicium: scilicet in interdicto recuperandæ: si egi contra te interdictum unde vi ad recuperandam fundi quo me spoliasti. tu opposuisti quod fundus erat tuus: & listi te probaturum. & petebas te absolvi à petitione mea. ego caui quod non eras audiendus: quia spoliatus ante omnia est audiendus. & contra agentem possessoria recuperande non admittitur exceptio proprietatis: iudex hoc non obstante admisit exceptionem tuam. & cognovit de proprietate. & absoluit te à petitione mea: dicitur hic quod malè fecit. quia debebat prius cognoscere de possessione & violentia quam commisit in privando me possessione. quia cognoscere de proprietate: nihilominus valet sententia: non enim redditur nulla ex eo quod fuit admissa exceptio quæ non debebat admitti. potest tamen ab ea appellari. & sic propter hoc solus quod postposuit ordinem. & pronuntiavit in proprietate antequam de terminaret questionem possessionis. iudex appellationis poterit revocare hanc sententiam: absque eo quod examinet utrum tu sis dominus rei. vel non. Si illa enim questio non debet admitti quousque recuperet possessionem: dabit ergo sententiam iudex super possessorio. & compellet te ad restituendum mihi possessionem qua me spoliasti: & si postea vis agere contra me rei vindicatione. poteris: & incumbet tibi probandi onus. hoc vult ista l. nam istud ut cognoscatur primo de possessione quam de proprietate. non est ordo concernens solutionem iudicij: quia tunc redditur sententia nulla per l. prolatam. de senten. sed potius est ordo causæ & iustitiæ eius in se qui non habet vitium si post ponatur: nec reddere sententiam nullam reddidit eam iniquam. ideo est reuocanda. Tene memento. De primo autem iudicio quod sunt duo iudicia quæ habent inter se ordinem. ut possessionis & proprietatis. si pervertatur ordo. & prius cognoscatur de illo de quo debebat postea cognosci: quod non reddatur processus nec sententia nulla. habetur in l. si mancipium. §. si eorum diuidundo. ff. de iur. iur. & nota. in dicta l. prolatam. Et secundum primam lectionem glo. quilibet dicebat se possidere. & per alteram partem turbari indebitè. iudex pronuntiavit te indebitè me turbare. antequam pronuntiaret me possidere: malè fecit. quia primo debuit pronuntiare me possidere non enim potest me turbare in possessione nisi possideam. quæ lectura non placet: quia licet verum sit quod ita debuit facere. tamen pronuntians

quando q me indebitè turbabas: videtur pronuntiare tacitè me possidere. & sic per prius de possessione tacitè: & per posterius de turbatione. Sed iste tex. innuit contrarium. q non sit pronuntiatum de possessione: & per consequens sententia sit iniusta: & sic reuocanda in causa appellationis. q esse nō deberet secundū ea quæ dixi. Secundū aliam lecturā egi per interdictū retinēde, nec aliquid dixi de turbatione līte pendente me turbasti: & tunc ago etiam de turbatione. sed ad idem tendit cum præcedenti. Secundum tertiam lecturam quam tenet gl. primò egi possessorio recuperandæ, & sic ciuilliter. postea accusauit. l. iulīa. de vi. & sic criminaliter: certè nō poteram. postquam enim primò egi ciuilliter, debebat supersederi in criminali quousq; ciuilis esset expedita. l. interdum. de publi. iudi. & l. prator. §. i. vi bonorum raptorū. & infra quando ciuilis actio. l. vnica. nihilominus si iudex cognoscit & pronuntiat in criminali, valet sententia: nec potest appellari. & ex hoc solo rescindi q lata fuit præposterè. Et ista cōmuniter tenetur secundum Bal. ex qua nota declarationes ad illas leges. vt non reddatur processus nullus si seruatur ille ordo. De quarta lectura dic vt in gl. sed lectura quam posui hic clarior mihi videtur. & sine scrupulo procedere.

- 2 Statutum quod ad consilium causa committatur sapientis, & debeat ferri sententia secundum consilium: tamen à tali sententia poterit appellari.
3 Quid si sententia est lata à iudice secundum consilium & rescriptum principis.

LEX

I I.

- 1 **Ouum quod.** † A sententia iudicis delegati per principem potest appellari ad principem. hoc dicit secundū vnā lecturam. Et erat ratio dubitandi duplex. Prima. quia videbatur delegatus electus à principe. & sic approbata eius sententia. Sed contrarium est quia licet approbaret personam: non approbavit sententiam. Item quia delegatus succedit loco delegantis, sed à sententia principis delegantis non potest appellari: ergo nec à sententia delegati. Sed contrarium est. quia succedit fidei nō verè. Secundū aliam lecturam dicit: q si iudex retulit principi pro consilio habendo qualem sententiam deberet ferre, princeps rescriptis, & iudex sententiam tulit rescripti, nihilominus ab eo potest appellari. † Et secundū hoc si statutum dicat q causa committatur ad consilium sapientis, & debeat ferri sententia secundum consilium, q nihilominus à tali sententia poterit appellari. & q non censetur statutum propter hoc sententiam approbasse, & poterit in causa appellationis retractari ex nouis actis, vel etiam ex veteribus. pōt em̄ esse q consultor malè consuluit. hoc tñ nō potest dici de principe. quia nō pōt reprehēdi de malo cōsilio: nec à suo rescripto potest appellari. l. i. §. quæsitū. de app. ff. quia fieret iniuria principi. † Sed à sententia lata à iudice secundū cōsiliū & rescriptum principis bene appellatur: quia nō fit iniuria principi. & poterit retractari ex nouis probationibus. Et circa istū articulū qñ causa refert ad principē, quo casu interueniūt quatuor s. pñtitiō de referēdo. Itē relatio. Itē respōsio seu rescriptum responsuum. Itē sententia lata secundū rescriptū. an ab istis vel ali quo illorū possit appellari: vide Bar. in d. l. i. §. quæsitū. de appel.

- 1 Appellatione pendente: quid possit innouari?

LEX

I I I.

- 1 **Appellatione.** † Post interpositam appellationem nihil est innouandum à iudice à quo, vel per partem q sit contra appellationē: etiam si appellatio non fuerit à iudice à quo recepta. sed omnia debebant remanere in eo statu in quo erant tempore sententiæ. h. d. Et de materia huius. l. dic vt. ff. de app. recip. & nil nō. app. interpo. Posito ergo q iudex à quo noluerit recipere appellationem. quia dicat q non potuit appellare. quia appellans fuit verè cōtumax vel fuit cā in qua appellatio nō admittitur. vt in ti. de mo. possel. nihilominus non debet aliquid innouare: & si contra faceret, reuocaret per modū attentatū: etiā si esset casus in quo verū diceret iudex. Si tamē fuit sibi inhibitum per iudicem ad quē aliās reperto & pronuntiato q appellatio non tenuit, nō reuocarent attentata. † Sed qñ appellatio tenet: licet non fuerit recepta, reuocantur indistinctè: etiā si per iudicē aliquē non fuit inhibitiū. quia saltē inhibet à iure tā per hāc. l. quā p tit. nil. noua. appel. interpo. etiam non cognito an appellatio sit iusta vel non nam potest esse valida: tamen non iusta. & q pronuntietur malè appellatum, nihilominus innouata debent reuocari. hoc tamen

est verum. nisi sint alia quæ potuissent fieri a pendente primo iudicio. quia tunc fieri possunt etiam appellatione pendente. l. postquam. §. Imperator. ff. vt lega. no. ca. vel nisi sint innouata per iudicem ad quem: qui potest plura innouare. vel sint innouata. per l. vt in l. furti. §. i. ff. de infami. quod dic vt nō. per Bar. in dicta l. j. in prin. nil noua appell. interpo. vel nisi in casibus nō. hic in glo. super verbo. [constitutum]. Ique ponit plures casus in quibus res non durant appellatione pendente in eo statu in quo erant tempore sententiæ. vel nisi sint extraneæ ab appellatione. l. creditor. in principio. ff. mandati. & lege, generaliter. supra, de iureiurando.

- 2 Quando officium est publicum auctoritate, sed utilitate priuatum, non appellatur à nominatione, & infra quantum tempus fiat executio.

LEX

I I I I.

1 **I ad scribatum.** † Cum quis nominatur ad officium publicum auctoritate & utilitate, si nominatio valet, potest appellari. hoc dicit. Sicut ergo appellatur à sententia. ita & à nominatione ad officia: licet nominatio nō sit sententia. Et istud faciebat dubium. hoc tamen si nominatio erat valida. aliās sicut nō appellatur à sententia nulla, vel superflua: ita & à nominatione inualida. vt j. c. l. nominationes. † Sed quando est officium publicum auctoritate: sed utilitate priuatum, nō appellatur. à nominatione: sed fit executio infra quinquaginta dies, & si non recipitur, tunc appellatur. vt in glo.

- 2 Iudex à quo non potest assignare terminum appellanti ad inchoandam prosecutionem, & sic ad comparandum cum actis, & litera ipsius iudicis dimissoria, seu Apostolis coram iudice ad quem: nisi quando detulit appellationem: & an possit assignare terminum ad finiendam causam appellationis. an uero pertineat ad iudicē ad quem.
3 Si minor non fuit prosecutus appellationem in termino, & sic indigeret restitutione in integrum, an ista restitutio debeat concedi per iudicem appellationis?

LEX

V.

- 1 **Præses prouinciæ.** † Si appellatio nō fuit producta in termino absq; culpa appellantis, succurritur appellanti. h. d. ista no. l. Bar. facit l. cum à matribus. §. qui petant tu. Et pone casum q iudex à quo fuit appellatum ad præsidem, puta magistratus municipalis qui sententiam dederat, assignauit appellanti terminum, puta xx. dierum ad comparandum coram præside cum actis emolumentis, & cum litera ipsius iudicis dimissoria: quæ vocantur Apostoli. id est missi: nam scire debes q si hoc non facit infra terminum, appellatio est deserta: sicut si non fuisset prosecutus infra annum vel biennium qui dantur ad prosecutionem. authē. ei qui. j. ti. j. Sed iste terminus datur à iudice ad inchoandam prosecutionē. vt in c. personas. & in c. Abbate. extra eo. Et etiam potest dare terminum ad faciendū fidem de comparatione iam facta secundū Ang. & similiter si non facit, censetur appellatio deserta. licet quidam cōtrarium dicāt. quia de isto termino ad faciendū fidem non reperitur bene iure cautum. vñ non reputatur esse inter tempora fatalium. Si ergo appellans mittit procuratorem cum actis. & cū litera. & procurator accipit impedimentum, & non potuit cōparere in termino, dicitur hic qd appellatio non habetur pro deserta. & quod iudex appellationis pōt huic impedimento puidere. Doc. dicunt quod ipso iure nō cōputato tempore impedimēti. & cōputato termino dato ad comparandum. Alij mediante resti. in integrū. Salū. dicit qd si procurator cōparuit post terminū. & conuenerit de impedimēto, lo. cū habet prima opi. & possit fieri psecutio non obstat lapsu temporis. quod nō cōputat in termino. sed si nō cōparuit. vt fuit hic. ga mortuus fuit, tunc dñs restituat: vt possit cōparere post terminū. † Et aduerte. ga talē terminū nō pōt iudex assignare ad cōparandū: nisi qñ detulit appellationem. secus. si nō detulit: ga tñc non habet se impedire de termino: vt nō. in c. peruenit. extra eo. ti. Itē aduerte. quia non pōt assignare terminū ad finiendā causam appellationis. hoc enim pertinet ad iudicē ad quem. & probatur in c. ex insinuatione. extra eo. & ideo si iudex secularis remittit articulum spiritualem de quo ipse non potest cognoscere, ad curiā ecclesiasticā: bene potest assignare terminum ad comparandū

† Sapiētis. Quid im portat talis commissio. vide gl. in l. si mādato. Tū. in §. fin. ff. mād. Bar. in l. quid iñ. in §. si arbit. ff. de arbi. Bal. in l. j. C. vbi & apud quos. in l. j. C. si aduer. sol. & in l. cū iudex. C. de sen. & inter. omni iudic. Bar. in l. illa in iñ. rō. ff. de hered. iñ. tit. Ioan. Andre. in c. etā missam. de electio.

† Innouandum. Ad de gl. in summa. h. q. vj. & in c. quociens. & in c. appellatione. ea. causa & questione.

Pauli de Castro Secunda super Codice.

Eos qui. De mate
ria istius l. vide glo.
in c. biduum. §. q. vi.
& in c. j. & ibi doct.
de appel. lib. vi.

in illa curia: sed non ad finiendam causam
per rationem prædictam secundum Doc.
facit quod no. glo. §. eo. l. appellatione. in fi.
§. ij. gl. ¶ Vltimò per istum tex. qui dicit quod
præses provincie qui erat iudex appellatio
nis, prouidet huic impedito. dicunt Doc. quod si appellans erat
minor xxv. & appellationem non fuit prosecutus in termino, &
sic indiget restitutione in integ. quod ista restitutio debet conce
di per iudicem appellationis: quia coram eo contingit læsio si ap
pellatio iam erat interposita. & sic negotium. & iurisdictio erat
deuoluta ad iudicem appellationis. sed si appellationem non in
terposuit infra x. dies, quod tunc læsio contingit coram iudice à
quo. ideo ille erit qui debet restituere secundum Iac. de Ra. Bar.
verò dicit quod etiam tunc iudex appellationis potest restituere
per l. j. si sapius. in inte. resti. pos. s. quod non habet in se rōnē.

3. Si in causa appellationis ab interlocutoria iudex ad quem pronunciat male appel
latum quid teneatur remittere causam principalem ad iudicem à quo, ut eam termi
net: secus si pronunciat bene appellatum. et nume. 3.
3. An causa ipsius appellationis possit remitti per iudicem ad quem ad iudicem à quo, ut
pronunciet an bene uel male fuerit appellatum. et nume. 5.
4. Qualiter iudex appellationis debeat pronunciare et nume. 7.
5. Causa appellationis an possit delegari
6. Iudex qui tulit sententiam an possit de ea cognoscere si aliquis conuenerit?
7. Si iudex qui tulit sententiam à qua fuit appellatum ad præsidem pendente appellatione
efficiatur præses an poterit de illa cognoscere
8. Appellatio si est deserta iudex appellationis non potest pronunciare super negotio prin
cipali: quia desit esse iudex. etiam si utraque pars fuit appellationem prosecuta de
facto: sed potest pronunciare appellationem fore desertam.
9. Si iudex appellationis confirmat expressè sententiam primam tunc omnis uirtus senten
tie prime transfusa est in secundam: et iudex appellationis mittit suam senten
tiam executioni.

LEX

VI.

Eos qui. Lex ista est famosa. tamen clara. & di
uiditur in tot partes quot sunt hic. §. di
centes diuersos casus. Prima vsq; ibi. [Si quid autē.]
Secunda vsq; ibi. [Si quis autem.] Tertia vsq; ibi. [Su
per his verò.] Quarta vsq; ibi. [ne temere.] Quinta vsq; ibi. [Si
autem in iudicio.] Sexta vsq; ibi. [Apostolos.] Septima vsq; in
fine. Et hoc dicit prima pars. Iudex appellationis debet per suā
sententiam causam appellationis decidere sententiando bene vel
malè appellatum: non autem debet eam determinandam remitte
re ad iudicem à quo. cum agatur de iniquitate sententiæ suæ
de qua non esset iustum ut ipse cognosceret. hoc dicit in effectu.
2. ¶ Si tamen fuisset appellatum ab interlocutoria, & ipse pronun
ciaret malè appellatum, bene posset, & teneretur remittere cau
sam principalem ad iudicem à quo, ut eam terminet: ut in l. intra
vtil. de minori. nisi in romana curia. ubi non est de more vel sty
lo: ut in decisione Rotæ decisione v. ¶ Si tamen iudex appellationis
non terminaret causam appellationis. quia nō pronunciat
malè appellatum. & vellet remittere ad iudicem à quo, ut super
hoc pronunciaret an bene vel malè fuerit appellatum, non pos
set, nec debet hoc facere: quia agitur de grauamine illato in cau
sa. nec esset iustum quod ipse de hoc cognosceret an grauauerit
vel non. Si autem pronunciaret bene appellatum, tunc non re
mitteret: quia tota causa per hoc fuit deuoluta ad eum. & de ipsa
4. tota haberet cognoscere. ut in c. non solum. eo. titu. li. vj. ¶ Et no.
hic qualiter iudex appellationis debet pronunciare. quia debet
dicere bene vel malè appellatum. & si dicit malè, videtur tacite
pronunciassè qd bene fuit iudicatum. si autem qd bene appellatū,
videtur tacite pronunciassè qd malè fuit iudicatum. Posset etiā
si vellet ulterius addere, scilicet pronunciare in causa principali
condemnando vel absoluendo. nam si pars fuit absoluta. & de
huius condemnari. & pronunciabit bene appellatum, & malè iu
dicatum. & condemnabit ubi primò erat absolutus. & sic econ
uerso. ff. de mino. l. Emilis. & ibi no. Bar. in fi. facit de resti. spol.
c. cum ad sedem. non tamen est necessarium hoc si non vult: sed
sufficit pronuciare bene vel malè appellatum. & partem debui
se condemnari vel absolui. quia hæc declaratio vim condemna
tionis vel absolutionis habet l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi.
sicut enim in reali sufficit sententia declaratoria, puta quod de
clarat rem meam absq; eo qd aduersarium condemnet: quia taci
tè videtur condemnatus. l. ex diuerso. de rei vendi. ff. ita in perso
nali sufficit declarari Titium debitorem meum: absq; eo quod
condemnetur. quia per hoc videtur condemnari. ut dicto §. si ar

biter. vel non esse debitorem. quia per hoc videtur absolui. & ita
voluit hæc glo. quam Docto. sequuntur. licet in l. Offilius. de le
ga. ij. gl. aliter distinguat. ¶ In tex. ibi: [non ex occasione aliqua.]
ut si diceret se dubitasse qualem sententiā debeat ferre: quia nō
est sibi bene clarum de negotio, unde vult remittere ad iudicem
à quo qui sententiam tulit: quia est melius informatus de facto.
nam videbatur posse. quia causa appellationis potest delegari
cui causa principalis. licet quidam dicant contrarium. Sed respō
detur contrarium. qd licet possit delegari alteri, non tamen iudici
à quo. quia verisimile est quod sustineret sententiam iniustam.
Si ergo dubitat habeat consilium cum peritis: & onus suum nō
vertat ad onus alterius cum damno partis. ideo enim fuerit in
troducitur appellationes, ut iniuste sententiæ primorum iudicū
corrigantur. licet frequenter contingat qd in deterius reformat.
l. j. ff. eo. esset enim hoc contra publicam utilitatem, & contra sa
lubritatem legis permittentis appellari, qd talis remissio vel dele
gatio fieret. Vidi tamen in aliquibus locis qd appellatur ad iudicem
qui tulit sententiam, ut ipse habeat cognoscere de iniquitate
sue sententiæ: ut si primam tulit malè informatus, vel non ple
nè cognito de causa, ex nouis informationibus possit sententiā
suam corrigere: & hoc vidi Senis. & interdum propter avaritiam
de non habendo iudicem alium appellationis hoc contingit. Que
ritur in glo. super verbo. [decisam.] Ista l. loquitur in præside pro
uincie qui erat iudex appellationis. ut non possit remittere: quia
non potest derogari iuri contrarium dicenti. Quid si erat princeps.
ut Papa supple. vel Imperator. qui possunt iuri derogare. Ite ista
l. loquitur quando fuit appellatum à diffinitiuā. quid si ab inter
locutoria. quod fieri potest de iure canonico indistinctè. Ideo gl.
loquitur de Papa, non de Imperatore. sed eadem ratio est de Im
peratore eo casu quo potest ab interlocutoria appellari. Glazet
quod valet remissio. quia remittendo ex certa scientia censetur
voluisse huic legi derogare. quod facere potuit. In quantum glo.
videtur velle facere differentiam inter appellationē ab interlocu
toria & appellationem à diffinitiuā, non bene sentit: quia vtrius
casu habet locum ista l. cum sit eadem ratio. Sed in quantum do
cit quod princeps potest facere contrarium bene sentit in huius
apparet quod voluit derogare huic l. aliās præsumitur voluit
vtriusque iuri communi. Videtur autem constare quod voluit
do hoc facit ex certa scientia: ut dicit glo. Intellige tamen
de hac certa scientia debet expressè contineri in rescripto qd
eat se ex certa scientia facere. l. idem vlpianus. ff. de excusat.
Item si dicat non obstante aliqua l. contrarium disponente
hoc tantum valet quantum dicere ex certa scientia. facit l. si co
tra ius vel vti. publi. l. si. cū ibi no. ¶ In alia glo. quæ incipit. [aliter
est.] recollige si queritur an iudex qui tulit sententiam si aliquis
conqueritur de ea, possit cognoscere de illa querela. quod tres
sunt casus. Aut enim conqueritur de iniquitate, & sic per viam
appellationis: & tunc non potest cognoscere non solum si eam
tulit ipse. sed etiam si vicarius eius: cuius est idem tribunal. nec
valeret consuetudo in contrarium. quia præsumptio esset quod
vellet sustinere sententiam: ne de iniquitate redargueretur. ut hic.
Aut conqueritur non de iniquitate, sed de nullitate: & sic per viam
ordinarij, potest ipse idem de hoc cognoscere: quia nō est talis
præsumptio: cum non redarguatur eius iniquitas. ut l. si ptelex. §.
quomodo & quando iudex. potest etiam cognoscere superior.
si hoc elegerit ille qui conqueritur. quo casu dic vt notatur per
Bar. in l. si (vt proponis) §. quomodo & quando iudex. sed si de
gatus, secus: quia functus esset officio suo. l. iudex postea quam
de re iudicata. ff. Aut non conqueritur de iniquitate iudicis: nec
de nullitate. sed de læsione quæ potuit contingere sine culpa iu
dicis. ut si lata contra minorem, qui propter læsionem petat resti
tutionem aduersus eam: & tunc idem possit cognoscere. vel su
perior. ut l. in causæ. la. secunda. §. si. cum l. si. ff. de mino. & hoc in
ordinarij. delegatus autem non potest restituere. ¶ Item querit
glo. quid si iudex qui tulit sententiam à qua fuit appellatum ad
præsidem, pendente appellatione efficiatur præses, an poterit de
illa causa cognoscere? Gloss. tenet qd de acquitate non debeat co
gnoscere. sed alteri delegare. ut euitetur suspicio. sicut in alio ca
su simili. ff. de iuris. omni. iudi. l. prætor. derigore verò possit ipse
idem cognoscere. quia nō cognoscit vt potest as villoris loci. sed
vt præses. & tenet Bal. quod non teneatur delegare si non vult
Opinio glo. probabilior est. quod deleget si est causa delegabilis
aliis ad

aliis ad superiorem potest recurrere. arg. in l. j. §. si. de quæst. In vlti. gl. mag. quæ incip. [nota formam.] Gl. primò colligit vnū nota bile de forma sententiæ iudicis appellationis ex isto textu. ex qua gl. videtur colligi quod si aliter pronuntiaret, nō valeret: si hoc est de forma. Sed cōtrarium voluit glo. in l. in summa. ff. de re iud. in glo. principiū. super verbo rātum & illa vera vt possit pronūciari super negotio principali: licet nō pronuntiet bene vel malē appellatum. tene menti istam gl. Postea format quatuor quæstiones. In prima quæstione dicit vt in glo. scilicet q. sufficiat pronuntiare bene vel malē appellatum. licet aliter non dicatur. & licet dicere possit. quia sufficit q. sententia contineat absolutionem vel condemnationem, vel aliud æquipollens. vt not. in l. ij. §. de sent. & si ita pronūtiat, cōtinet æquipollens: quia si fuit absolutus indebitē. & pronūtiatur bene appellatum, censetur pronūtiasse malē absolutum. & per cōsequens condemnatur. & contra gl. tamē in l. Offilius. de leg. ij. aliter loquitur. sed tene quod dixi secundū Doctores per istum tex. ¶ In secūda quæstione. dicit q. si appellatio est deserta, iudex appellationis non potest pronūtiare super negotio principali. vt dicit glo. quia desit esse iudex. & sententia transiit in rem iudicatam: & si cōtrarium faceret, non valeret: etiam si vtraq. pars fuisset appellatiōe prosecuta de facto: quæ tamen erat deserta: & etiam si petisset sententiā ferri. Casus est hodie in cle. si appellationem. de appel. sed bene potest pronūtiare appellationem fore desertam. quia hoc magis ad eum pertinet quā ad alium. nec per hoc desinit esse iudex per desertionem: si tamen nō pronūtiaret, lapso termino prosecutionis posset peti executio sententiæ coram iudice coram quo fuit appellatum. Et si excipiatur dependentia appellationis, posset pronūtiare incidenter eam fore desertam. & vide Bald. in authen. si quis litigantium. de epis. audien. ¶ De tertia quæstione. dicit vt in gloss. De quarta verò similiter dicit vt in gloss. declarando eam: vt si iudex appellationis confirmat expresse sententiā primā: tunc omnis virtus sententiæ primæ transfusa est in secundā. non enim super eodem negotio potest quis habere duas sententiās diffinitiuas: quarum quælibet sit efficax, & mereatur executionem: sicut nec quis potest decedere cum duobus testamentis: vt notatur per gloss. fina. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. sed sicut vltimum testamentum tollit præcedens. ita & sententia. ideo ipse iudex appellationis mittit sententiā suā executioni. Si autem non confirmaret expresse: sed confirmaretur tacite per desertionem appellationis, tunc actio oriretur ex prima sententia. quæ pappellationē fuit reiecta. l. j. in fi. ad turpillia. Et pro desertione neq. cessat reiectio. & realsumit vires. quia dicebatur potius stare in suspensio. & ita probantur in legibus allegatis in glo. & notatur j. eo. l. præcipimus. §. in his. ver. officijs. & §. de epti. audi. authen. si quis litigantium.

¶ Post didicita testificata, vel post publicationem processus, an possint testes produci in causa appellationis?

¶ In causa appellationis an admittatur nouus articulus?

¶ §. Si quis autem. ¶ In causa appellationis à diffinitiuā non probatum potest probari, & non allegatum potest allegari. h. d. Concord. l. per hanc. j. titu. j. & ibi plenē de hoc. secus in appellatione ab interlocutoria. vt in c. appellanti. de appel. in cle. quia non potest iustificari vel impugnari nisi ex primis actis. Oppo. primò quod non sit verum indistinctē quod non probatum possit probari, vel non allegari: vt j. titu. j. l. per hanc. solut. fateor quod per illam restringatur quod hic dicitur. vt possit hoc fieri si illud pertinet ad ea quæ in causa principali fuerunt deducta. & sic non ad nouum capitulum. si enim esset nouum quod in principali nō fuisset deductū, non posset in causa appellationis deduci. vnde si in causa principali petij bouem ex vna causa, nūc in causa appellationis volo petere equum vel etiam bouem ex alia causa, nō deberem audiri. quia ille equus, vel ista causa nō fuerūt in principali iudicio deductæ: vt ibi. Item oppo. pendēte appellatiōe omnia debent stare in eisdem terminis in quibus erāt tempore sententiæ. vt s. eodem l. ij. & secundum hoc quod hic dicitur nō ita erit: quia nō allegata & nō probata allegabūt. Solu. cōtrarium loquitur de illis quæ cōtrariarētur appellationi. quia nihil debet innouari cōtra appellationem. hic verò nō cōtrariarētur: imò cōueniūt. quia ita sit appellatio vt ea quæ quis non dixit vel non probauit in primo iudicio, possit dicere vel probare. ¶ Sed tertiò oppo. post

a didicita testificata. ¶ vel post publicationem a processus, etiam si nō sint didicita, non admittitur quis volens testes producere: propter timorem subornationis. vt in authen. At q. b. semel. §. de proba. & in corpore vnde sumitur. sed hic antequā ferretur sententia facta fuit publicatio, vel didicita testificata. iuxta no. in l. prolatam. §. de senten. ergo non admittitur volens producere nouos testes. Dicunt quidam hunc tex. & l. per hanc. corrigi per illā aut. dicto casu. Glof. tenet cōtrariū. quia ille tex. debet intelligi in eadē instantia sed instantia causæ appellatiōis nō est eadem: sed diuersa, vt not. in l. ita demū. §. de procur. & sic secundum Legistas in causa appellationis etiam post didicita testificata, vel publicationē processum possunt testes produci. Canonistæ dicunt contrariū quia eadem est ratio, & causa suspitionis in causa appellationis quæ in causa principali. & ideo ipsi dicunt appellationem super eisdem articulis vel directio cōtrarijs: nec in eadē causa nec in causa appellationis possunt testes produci. super istis verò articulis nō directio cōtrarijs possent bene produci: quia cessat timor subornationis. Intellige in alijs dependentibus ab illis deductis in causa principali: quia si nō depēderent ab illis, essent omnino alij & diuersi: & nō deberēt corrigi. vt supra dixi per illam. l. per hanc. Et secundum hoc postquam ius ciuile differt in hoc à iure canonico. In terris imperij seruaretur ius ciuile. in ecclesiasticis ius ecclesiasticum. Bar. dicit q. semper seruatur ius canonicum: quia nō est diuersum: sed declarat ipsum ius ciuile. Cætera dicit vt in l. per hanc. ¶ Vltimò op. in glo. si. de l. cū à nobis. §. de dila. vbi in causa appellationis nō admittitur nouus articulus. Gl. dicit q. ibi corā principe. vel dicit quod ibi poterat imputari quare nō produxit in primo. quia illud erat tale quid quod debuerat producere. Vnde nō habet nouam dilationem.

¶ §. Si quis. ¶ Qui testes facit ad iudicium vocari, debet eis expensas ministrare. h. d. Et intellige quando illi testes erant subditi huic iudici. alijs nō possent trahi inuiti. sed scriberetur iudici sub quo sunt vt eos examinet. & dicta ipsorum mittantur clausa: sicut quotidie fieri videmus facit. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum. testa. apert.

¶ Etiam in causa criminali vel capitali de iure ciuili non potest appellari ab interlocutoria sed solum à diffinitiuā.

¶ In sententia non sunt danda originalia vel scriptura alteri parti: sed copia tantum de communibus vel productis per alteram partem.

¶ Instrumenta an possint produci coram notario banchi licet iudex non sit præsens?

¶ Si iudex secularis capiat clericum pro maleficio: deinde requisitus ab episcopo ipsum remittit, debet remittere sub fide & custodia, ut non sit in eius potestate an fugere. An debeat remittere scripturas si ipsum examinauit, & confessus est maleficium.

¶ §. Super his. ¶ In causis criminalibus qui idoneos fidei iussores nō dat, pendente appellatiōe detinetur in carcere. h. d. Et quidam intelligunt quod detinetur. idest remittitur ad iudicem appellationis sub fide & custodia. & per iudicem appellatiōis detinetur: vel etiam detinetur per iudicem à quo ad instantiam iudicis ad quem. & istud magis placet. Et intellige quando veniebat imponenda poena pecuniaria applicanda fisco, tūc enim detinetur in carcere si nō dat fidei iussores. Si autem veniret apponēda poena corporalis, etiam si daret fidei iussores nō esset relaxandus. quia sententia condemnatoria non habet executionem. ¶ Not. tria. Primò dum dicit. [Nō nisi audita.] & c. quod etiam in causa criminali vel capitali de iure ciuili non potest appellari ab interlocutoria. sed solum à diffinitiuā. ¶ Item not. in ver. [Exempla.] quod nō sunt danda originalia in sententia vel scriptura alteri parti. sed copia tantum de communibus vel productis per alteram partem. vt etiam hic in gl. super isto verbo. ¶ Item no. in ver. [ad scriptura.] vbi glo. exponit scripturas siue tabelliones secundum Bart. quia instrumenta possunt produci coram notario banchi: licet iudex non sit præsens. Contrarium videtur determinari per Bal. in auth. quæ supplicatio. §. de preci. impera. offeren. Dicit vt ibi. & quod no. Bar. in l. si finita. §. Julianus. ff. de damno infec. Per istum tex. dicunt Doc. ¶ q. si ius

Pauli de Castro Secunda super Codice.

dex secularis capiat clericum pro maleficio. deinde requisitus ab episcopo ipsum remittit, debet remittere sub fide & custodia: ut non sit in eius potestate aufugere. Sed an debeat remittere scripturas si ipsum examinavit: & confessus est maleficio: & videtur quod non: quia non valet confessio coram non suo iudice facta. Doctores tenent contrarium. quia saltem facit indicium. quando autem unus iudex competens remittit ad alium competentem iudicem, vide quod no. Bar. in l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. di. & l. diuus. de custo. reorum.

§. Ne temere. Frustratorie appellans punitur extra ordinariē. h. d. Et dic q si appellauit ubi erat prohibita appellatio, imponitur poena de qua in gl. ita loquitur. l. ab executione. quam allegat glossa. Si autem non erat casus in quo erat prohibita: tamen erat manifeste frustratoria, tunc poena est extraordinaria secundum Doct. dicit Bal. quod de iure canonico hoc non seruatur: ne addatur afflictio afflictio. sufficit enim quod condemnatur in expensis, & succumbat in causa. nec etiā seruatur in practica de iure ciuili. Et nota q non loquitur solum de illo qui fuit persecutus. & ad finem produxit frustratoriā appellationem. ut patet in verbo [persecutus.]

¶ Quando appellatur incontinenti, an sufficiat appellare uia uoce iudice adhuc sedente pro tribunali, & quid si processerit ad alios actus extraneos?

§. Sin autem. Hæc est sexta pars huius. l. & dicit q in propria causa debet appellari infra biduum. sed in aliena infra triduum. Vel dic q in propria debet appellari vel eadem die, vel sequenti. sed in aliena vel eadem die vel duobus sequentibus, & hoc quando sciuit sententiam latam. quando autem ignorauit, tunc a tempore sciētię pot appellare die sequenti, vel sequenti. ut ff. quando appelladū sit. l. ij. §. dies. & no. in aut. quæ hic ponitur: per quam corrigitur q hic dicitur: ut hodie infra decem dies à recitatione sententię. Et no. glo. tenet q tūc dicitur appellari incontinēti, ut sufficiat appellare uia uoce quando appellat iudice sedente pro tribunali. & q non diuertit adhuc ad extraneos actus. & hoc mihi uidetur notandū. & adhuc iudice sedente pro tribunali: si processerit ad alios actus: ut quia fortē dederat alias sententiās, non admittitur appellatio facta uia uoce secundū hanc gl. sed puto hoc nimis rigorosum. & q quousq; sedeat pro tribunali, licet diuertisset ad alios actus: talis appellatio admittatur & q censetur facta incontinenti. ar. s. de inst. & subfi. l. pe. in fi.

§. Apostolos. Hæc est vltima pars. in qua dicitur q iudex à quo appellatur debet dare apostolos: etiam non requisitus ab appellante: & sine aliqua dilatione. & q appellans non tenetur cauere de appellatione prosequenda. Primum dictum debet intelligi quando iudex à quo detulit appellationem: & tunc constituet appellantem in mora si non recipit apostolos. & sic licet postea impediretur petere infra tempus debitum. de quo in l. iudicibus. infra eodem. non esset excusatus: sed deferretur appellatio. Si autem non detulit appellationem: non potest offerre apostolos antequam petantur. sed si petuntur, debet dare sic offerendo. & antequam petantur non constituit appellantem in mora. & si postea impediretur petere, appellatio non esset deserta: vel restitueretur in integrum. Ista colliguntur ex his quæ habentur in Spec. eo. tit. de appella. in tertia parte. §. sequitur. ante finē. & per Ioan. and. in nouella in. c. j. eo. tit. libr. vj. post princ. super verbo præcipimus. ubi omnia vide. Sed licet iudex posset offerre quando detulit. ut dixi. si tamen non offert, nec appellans petit infra tempus debitum, appellatio habetur pro deserta. ut j. eo. l. iudicibus. quia maior est negligentia sua in non petendo quā iudicis in non offerendo. Item q hic dicitur de cautione non præstanda. intellige scilicet de prosequenda appellatione. quia non interest appellantis hanc excipere: cum sit sibi utilius q appellatio deferatur, quam q fiat prosecutio. quia remanebit sententiā firma secundum Bal. aliter verò cautiones iudiciales quæ præstarentur in causa principali, sunt repetendę in causa appellationis, quia per appellationem fuerant extinctæ. l. cum apud Sempronium. & l. ij. ff. iud. solui. secundum eundem.

¶ Tempus appellandi an & quando currat absenti uel ignorantī: & an negligentia procuratoris in non appellando noceat domino?

AVTHENTICA.

¶ **Hodie.** Nota hic quod tempus appellationis interponendæ non currat à die latæ sententię. quia tunc si lata esset hodie, inciperet currere cras: & ista dies

non computaretur: sed currat à recitatione sententię. & sic si hodie feratur de mane, statim incipit currere. & decima die de mane est vltimus terminus. unde si appellaretur decima die de sero, non esset recipienda: quia facta extra terminum. Sed quis habeat probare si negatur fuisse factam infra terminum? Respondeo appellans: ut not. in addi. Spe. de instru. edi. §. sequitur post principium. Sed oppo. quod imò non currant à recitatione sententię, sed dudum post. ut ff. quando appellandum sit. l. j. §. dies. & l. ab eo. §. quomodo & quando iudex. Solu. scienti sententiam latam currunt à recitatione sententię: sed ignorantī non incipiunt currere: nisi postquā habuit notitiam. ut in glo. quia ita erat olim. ut d. l. j. §. dies. & ista augmentatio dierum censetur facta cum eadē qualitate secundum Doct. Sed pone lata fuit contra absentem, absens sciuit esse latam, sed nesciuit q contra eum: an currat et tēpus? Dic q non. quia ignorat illud quod erat causa appellationis fiendæ. ut not. in. c. concertationi. eo. tit. libr. vj. & quod not. Inno. in. c. j. de lit. contest. Item op. q imò currat etiam ignorantī. ut in. l. j. §. si. quando appella. sit. Solu. si quis litigauit per seipsum, & postea ipso absente lata est sententia contra eū, non incipit currere sibi tempus. nisi postquam habuit notitiam q est lata: & q contra eum dictum est. sed si litigauit per procuratorem. & ipso absente lata est contra procuratorem præsentem, tunc statim incipit currere tempus utriq; tam procuratori scienti quā domino absenti & ignorantī, ut lapso tempore non possit dominus appellare, si procurator non appellauit: & ipsi domino cōsultur cōtra ipsum procuratorem qui fuit negligens. ita loquitur contrarium. Si tamen procurator non esset soluendus, vel alio modo fuisset impeditus: posset dominus appellare in subsidium: ne perdat ius suum vel ipso iure, vel præhabita restitutione. q est securius secundū Salic. & hoc vult ista glossa. Idem si procurator colludit, vel dolose omisit appellare. De his dic per Barto. in. d. l. j. §. j. Sed negligentia procuratoris in non appellando nocet domino absenti & ignorantī, ut excludat eum ab appellatione. Dolus tamen & delictum eius puta si fuit verus contumax in non comparendo, non nocet domino, quin possit appellare. licet noceat procuratori: ut appellare non possit. ut no. Inno. in. c. ut lite non contest. licet verum contumacia ipsius domini in non comparando bene sibi noceat: ut not. per Barto. in. d. l. j. in fine. quando appella. sit. & per l. i. d. c. j. Cetera vide hic per Bal. qui plura tangit.

¶ Sicut appellatur à sententiā diffinitiuā, ita & ab electione facta de ipso alioquin publica autoritate & utilitate.

¶ Qui non appellat, censetur consentire in actu facto contra eum.

¶ Ex sententiā à qua non fuit appellatum an oriatur uel tollatur naturalis obligatio.

¶ In causa appellationis tenetur appellans probare. scilicet se iuste appellasse, & perire sequens quod l. x. dies: & quæ à grauamine, uel iniusta sententiā. & quid super negotio principali?

¶ Quod ualeat electio, uel etiam sententiā lata contra priuilegium principis.

¶ Si oriatur contentio de ualore priuilegi, quod solus princeps cognoscere.

LEX

VII.

